



403358

1829/30

III

5446a1111

# INDEX LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE STUDIORUM JAGELLONICA

A DIE 1. OCTOBRIS ANNO MDCCCXXIX.


AD MEDIUM MENSEM JULII ANNO MDCCCXXX.

uzup.

INSTITUENDARUM.



1829/30



CRACOVIAE

TYPIS UNIVERSITATIS.

778563

INDEX LECTIUM

UNIVERSITATE STUDIORUM IAGELLONICA

A DIE 1 OCTOBRI ANNO MDCCCLXIX

AD MEDIUM MENSEM JULII ANNO MDCCCLXX

INSTITUTUM



403358

III

1829/1830

Biblioteka Jagiellońska



1002470121

CRACOVIAE

TYPIBUS UNIVERSITATIS

Bibl. Jagiell.  
1978 Q KZ 1410/1

S. P.

# RECTOR

## SEBASTIANUS GIRTLER

PHIL. ET MED. DOCT.

---

**Q**uantus luctus e clade Vladislai II. Varnensis dicti, rumore a. 1445. demum mense Decembri in Poloniam perlato fuerit, retulit Longinus (Dlugosz) libro XIII. historiae Polonicae. *Id tamen unum, inquit, erat solatio, quod Vladislaus Rex incolumis esse et vivere nunciabatur.—Quoties litterae de vita et sanitate Vladislai Regis Cracoviam afferebantur, toties gaudio immenso civitas repleta pulsu campanarum et ignium exstrukione laetitiam testabatur.*

Mittimus, quam vehementer spes opinionem fefellerit, quam frustra nuncii et inprimis Joannes Rzeszowski et Aegidius Suchodolski missi fuerint, ut Regem occisum aut vivum investigarent. Casu infelici Regis patefacto *altior moeror Polonorum mentes invasit.*

De Pseudo-Vladislais Varnensibus nulla apud nostrates est mentio, sed in Codice manuscripto, qui Pragae exstat, Pauli Zydek de Praga haec bohemice scripta memoriae tradita sunt, quae nobiscum nunc jam e vivis ereptus Josephus Dobrowski ante aliquot annos communicavit. (Historia Bibliothecae Crac. 1821. p. 14.) *Polonulus quidam, quum Vladislaus Rex*

ad Varnam periisset, nomine Rychlik simulabat se esse regem Poloniae : ac si decimo quinto anno post (a. 1459.) Poznaniam venisset, ut declararet se esse regem. Sed Lucas (de Gorka) Palatinus mox cognovit: illum non regem, sed mendacem esse impostorem. Jam in eo erat, ut illum capite plecti juberet. Sed majores Domini terrae hoc noluerunt, rem ad conventum generalem regium esse deferendam censes. Secuta sunt comitia, atque quum senior regina (mater) hunc filium suum esse negasset, coronam papyraceam fieri Domini jusserunt. Qua capiti imposta reus sub palo ignominioso stetit et per diem virgis bis caesus est. Deinde autem (Poloni) eum in carcere usque ad obitum honestissime aluerunt, ne quis a Polonis Regem inedia necatum fuisse diceret.

Alterum Pseudo-Vladislaum Varnensem prodiderunt nobis Memorabilia et Itinera Leonis Zdenkonis Baronis de Rozmital et Blattna, qui fuit frater Johanna de Rozmital, Reginae Bohemiae, quae erat Georgii Podiebradii uxor. Librum hunc edidit Germanice per epitomen Josephus Eduardus Horny Brunae 1824. ubi T. I. p. 241. haec habentur: *Viginti duobus annis post (scil. a. 1466.) Domini Bohemi (peregrinantes per Hispaniam) in civitate Santa la Piedra audiverunt: quatuor inde leucis, non recta, sed transversa via esse pagum, ubi Eremita olim Rex habitaret. Re accuratius autem indagata compererunt: „Regem Poloniae contra Ethnicos pugnasse, „ nec ut vulgo ferebatur, interiisse, sed e clade elapsum, et ut fidem, quam „ Paganis dedisset, fractam expiaret, longe a patria delitescere et vitam e- „ remiticam agere decrevisse. Id, quam mirum Leoni de Rozmital et fo- „ cius visum fuerit, facile intelligitur. Qui igitur aliter fieri potuit, quam „ ut Leo de Rozmital Regem hunc adiret. Perrexit itaque ad villam, in „ qua Eremita habitare dicebatur. Relictis sociis et impedimentis, quae ver- „ sus Salamanticam ire jussit, solus cum Johanne Zehrowski, Frodnaro et „ Schaschkone, qui praeconis officioungebatur et cum Polono aliquo, qui*

„ jam dudum societati ejus se comitem adjunxerat, Baro ad Regem profe-  
„ ctus est. Polonus autem ille jam a montibus in finibus Hispaniae (Pyre-  
„ naeis) peregrinantibus Bohemis comitem se addiderat, nec unquam se avel-  
„ li passus erat. Quam parum olim Baro eum curaverat, tam grata tunc  
„ fuit ei focii hujus praesentia, ut oculis suis rem testaretur. Dux itineris  
„ Hispanus ajebat autem: Regem hominum conspectum fugere, nec in locis  
„ arduis et praecipitibus conveniri posse, id tantum permissurum, ut se e  
„ longinquo Hospites intueantur. Leo Rozmitalius igitur conducto altero  
„ itineris duce, alterum qui prior fidem addixerat, eo praemissit, ut qua-  
„ cunque ratione posset, Regem Eremitam moraretur, donec omnes ipsum  
„ consecuti fuerint. Postquam in cacumen montis perventum erat, Rex,  
„ qui ante fores stabat, quamvis invitus, hospitibus obviam venit, vir statu-  
„ ra procerus, naso longo, capillo nigro, barba cana, ut videbatur, senex  
„ septuagenarius (sic \*) Indutus fuit demissa veste, sub qua erat cilicium,  
„ quod summa cura tegere studebat.

„ Per praeconem interrogatus Rex, cujas esset, respondere noluit: *Quid*  
„ *interest*, inquit, *scire, quo loco natus fuerim?* At Polonus, qui una ad-  
„ erat, provolutus ad pedes Domini Leonis de Rozmital orabat, ut Ere-  
„ mitam compelleret pedes nudare. *Ajebat enim, si in utroque pede sunt*  
„ *ipsi sex digiti, Regem infelicem meum me vidisse non dubitabo.* Frustra  
„ diuque Leo Rozmitalius instabat precibus apud Eremitam, ut calceos exue-  
„ ret. Tandem annuit. Quo facto apparuerunt sex digiti in utroque pede.  
„ Tum Polonus se continere non potuit, quin supplex ad pedes Eremitae  
„ procideret eosque amplexus exclamaret: *ita est, tu es Dominus et Rex*  
„ *meus, quem Turcae vicerunt.* At Eremita respondit: *miror equidem, quod*  
„ *genibus flexis amplexeris pedes meos, quum videris, hunc honorem mihi*

---

\*) Sed Vladislaus II. rex. a. 1423. natus a. 1466. si vixisset, annum XLIII. egisset. Hinc patet, quam  
falsa hac omnia fuerint.

„ non deberi. Nihil amplius sum, quam homo, peccator, qui peccata mea  
„ in eremo expiare statuerim, quippe qui Deum invocem, ut mihi in pro-  
„ posito det perseverantiam. Lacrymis obortis haec quum dixisset, celeri  
„ cursu e conspectu in casam tenerrimo sensu perfusus abiit.“

De vera autem morte Vladislai II. videndus est Senkovius noster in li-  
bro, quem edidit Varsaviae a. 1824. in commentariis e Scriptoribus Tur-  
cicis per epitomen excerptis T. I. p. 40-45. Hegirae a 848. mense Red-  
zeb die 9. ut nos computare annos solemus a. 1444. die S. Martini XI. No-  
vembris. Rex in confertissimos hostes equo concitato investus, mox cum paucis  
comitibus circumventus, ab Janiczario Kodza Chazer, occiso equo, jacens in ter-  
ra jugulatus fuit. Abscissum caput, ne putresceret, in fluido melle ser-  
vatum, Brusam ad antiquam Turcarum in Asia metropolim delatum est, ut  
magna cum pompa per plateas civitatis hastae praelongae infixum circumfer-  
retur.

At a. 1828. die 29. Septembris sub auspiciis Nicolai I. Imperatoris Au-  
gustissimi Totius Russiae, Regis Poloniae, capta est Varna, monumentum  
autem, quod Amurathes II. in victoriae memoriam condidisse dicitur, inven-  
tum est nullum. Pace in Europa nunc ubique facta, ut Augustissimis et In-  
victissimis Imperatoribus Francisco I. Nicolao I. et Potentissimo Regi Frideri-  
co Guilielmo, Tribus Urbis Cracoviae et Universitatis Jagellonicae Clemen-  
tissimis Protectoribus longaevo in annos sit summa rerum felicitas, hoc men-  
te pia, prece supplici a Deo Optimo, Maximo, expetimus; Vos autem, cives  
academici, adhortamur, ut assidua diligentia et honesta vita id assequamini, ut  
meliores indices in litteris et moribus profectus faciatis.

---

# ORDO THEOLOGORUM.

*Matthaeus Kozłowski Ord. Praed. S. Theol. Dr. Hist. Eccl. Prof. P. O. h. t.  
Fac. Theol. Decanus.*

*Bibl. Jar.*

Hora matutina 10—11, quotidie die Jovis excepto, exponet Historiam Ecclesiasticam, methodo Alberi.

*Florianus Kudrewicz Ord. S. Basil. M. S. Theol. D. Sacrae Script. Prof. O. P.*

Horis matutinis 9—10. exceptis diebus Jovis, quotidie Archaeologiam biblicam, Hermeneuticam generalem et specialem Veteris Testamenti ac Philologiam tradet, demum explicabit Psalmos, incipiendo a Psalmo XLV.

*Nicolaus Janowski S. Theol. Dr. Moral. et Pastoral. et Eloquent. Sacrae Prof. P. O. Can. Ecclesiae Cath. Crac.*

Horis pomerid. 1—2. diebus quinis per hebdomadem, scilicet die Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Saturni, tradet Theologiam Moralem ad mentem Ecclesiae Romanae Catholicae. Idem praeleget etiam Pastoralem Theologiam et praecepta Eloquentiae sacrae.

*Joannes Stanislaus Przybylski S. Theol. Doct. Ecclesiar. Cathedr. Cracov. et Archicoll. Lancic. Canonicus, a Reg. Varsav. Liter. Universit. binis Metallion. Aur. Magn. insignitus, Sacrorum Dogmatum Prof.*

*Ord. Publ.*

Singulis per hebdomadem horis matutinis 7—8, die Jovis excepto, Institutiones Dogmaticas profitebitur.

*Petrus Pękalski S. Theol. D. Canon. Ord. SS. Cust. Hierosolymit. Linguarum orientalium Prof. Extraord.*

Horis pom. 1—2. diebus Lunae, Martis, Jovis et Mercurii tradet Linguam Hebraicam, Chaldaicam et Syriacam.

*Joannes Mastelski S. Theol. D. Can. Kielec. Burs. Hierosolym. Senior, Prof.  
Extraord.*

Horis pom. 2—5. diebus Martis et Saturni Theologiam Pastoralem tradet.

## ORDO JURISCONSULTORUM.

*Adamus Krzyżanowski J. U. D. P. P. O. h. t. Fac. Jur. Decanus.*

Hora 9—10. diebus Lunae, Mercurii et Saturni, diebus autem Martis, Jovis et Veneris 8 $\frac{1}{2}$ —10. Historiam Juris antiqui Polonici, deinde Codicem Civilem in Regno Poloniae vigentem, ratione Codicis Civilis Austriaci et Legum Antiquarum Polonicarum habita, tum Codicem mercantilem, qui in Regno Poloniae obtinet, cum applicatione legum, quae apud gentes vicinas in usu sunt, explicabit.

*Josephus Jankowski J. U. et Phil. D. Juris Nat. et Can. Prof. P. O.*

Hora pom. 4—5. quotidie, excepto die Saturni, jus naturae universum, privatum, civitatis et gentium, nec non Methodologiam et Encyclopaediam Juris docebit. Idem hora matut. 8—9. diebus Martis, Jovis et Saturni, jus Ecclesiasticum tradet.

*Antonius Matakiewicz J. U. D. Ord. S. Stanislai IV. Classis Eques P. P. O.*

Horis Matutinis ab 8 $\frac{1}{2}$ —9. quotidie exceptis diebus festis: semestri hyemali Codicem Judicarium Civilem in Regno Poloniae vigentem explicabit, et quae e Codice Civili Austriaco judicario et legibus antiquis Polonicis huc pertinent, simul exponet. Semestri aestivo Jus Criminale juxta textum Codicis Criminalis Austriaci cum applicatione Codicis Criminalis Polonici tradet.

*Petrus Bartynowski J. U. Dr. Prof. P. O.*

Horis pom. 5—6 $\frac{1}{2}$ . Historiam Juris Romani et Institutiones, a die vero 1.



Februarii a. 1850. Pandectas exponet, ordine a Warnkönigio in Comment. juris Rom. priv. Leodii a. 1825. impressis, observato; tandem, jus Feudale tradet.

*Ferdinandus Koisiewicz J. U. Dr. Viceprof.*

Hor. mat. 9—10. quotidie; diebus autem Lunae et Mercurii 8—10. Doctrinas politicas tractabit; scilicet: I. Oeconomiam politicam. II. Doctrinam administrandae reipublicae generalem. III. Constitutiones Regni Poloniae et liberae Civitatis Cracoviensis IV. Rem aerariam. V. Politiam. VI. Statisticam.

## ORDO MEDICORUM.

*Adalbertus Georgius Boduszyński Med. D. Pathol. generalis, tum Therapiae generalis ac Mater. medic. P. O. P. h. t. Fac. Med. Decanus,*

*Reipub. Crac. Protomedicus.*

Horis matutinis 10—11  $\frac{1}{2}$  diebus Lunae, Martis et Mercurii, lingua latina Pathologiam generalem explicabit; diebus Veneris et Jovis iisdem horis materiam medicam et Therapiam generalem tradet.

*Sebastianus Girtler Phil. et Med. D. Politiæ Medicinalis, Histor. Medicinæ, tum artis Veterin. P. O. P. Universitatis Rector,*

Quum munere hoc et officio gravissimo districtus docendi partes ipse suscipere nequeat, eo moderante Julianus Sawiczewski Med. D. Prof. Extr.

Hor. 11. cum dimidia ad 1. diebus Lunae, Mercurii et Veneris, Politiam Medicinæ ex propriis scriptis lingua polon. tradet. Deinde ad praelegendum de Historia Medicinæ, pariter ex propriis scriptis, secundum ordinem variarum theoriarum et systematum, cum necessaria recensione accedet, idque latino idiomate. Artem veterinariam vero, mox secundum Pilgerum, mox secundum Bojanum, aliosque Auctores diebus Martis et Jovis ab hora 11  $\frac{1}{2}$  ad 1. pomeridie explicabit.

*Josephus Kozłowski M. D. Anatomiae et Physiologiae P. P. O.*

Anatomiam et Physiologiam tradet idiomate polonico, diebus Lunae, Martis, Mercurii et Veneris hora 9—10. Praeterea tradet hyemali semestri pro opportunitate, tempore vespertino per duas horas continuas Anatomiam practicam. Semestri vero aestivo Physiologiam diebus Mercurii et Veneris post meridiem ab hora 4—5. tum Medicinam forensem diebus Veneris a 3—4.

*Sixtus Lewkowicz Med. et Chir. D. Ordinis S. Annae III. Classis, tum Legionis Honoris Eques, Chir. et Art. Obstet. Practicae P. O. P.*

Hor. pom. 3—4. hyemali semestri, aestivo autem a 6—7. pom. diebus Lunae, Mercurii et Veneris in curationibus Chirurg. rite instituendis, Auditores ad praxim formabit. Horis matut. 7—8. Clinicen Chirurgicam duce Richerand, obstetriciam vero ducibus Baudeloque, Boer et Widmann quotidie exhibebit,

*Josephus Brodowicz M. D. Pathologiae, Therapiae et Clinices P. P. O.*

Hor. matut. 9—10. quotidie, diebus Saturni et festis exceptis, Pathologiam et Therapiam specialem lingua latina tradet. Clinicam autem praxin ab hora 8—9. matutino tempore per annum totum docebit, Latine studiosos Medicinae et Chirur. sublimioris, polonice discipulos Chir. inferioris.

*Florianus Sawiczewski M. D. Pharmaciae P. P. O.*

Diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris ab hora 8. matutina ad 9. e propriis schedis Pharmaciae docebit, qua finita, aquarum mineralium naturam et indolem explicabit.

*Julianus Sawiczewski, Med. Dr. Prof. P. Extr.*

Hora. pom. 2—3. diebus Lunae et Veneris Thanatologiam sive Artem succurendi apparenter mortuis tradet.

*Josephus Jakubowski Med. et Chir. Dr. Viceprofessor.*

Diebus Lunae, Mercurii et Jovis ab hora 4—5. idioma polonico Chirurgiam theoreticam, eodemque idioma Artem obstetriciam diebus Martis et Veneris hacce hora tradet. Jam autem diebus Lunae, Mercurii et Jovis ab hora 11—12. ante meridiem Institutiones medico-chirurgicas docebit.

Bibl. Jag.

## ORDO PHILOSOPHORUM.

### I. FACULTATIS MATHEMATICAE ET PHYSICAE.

*Aloysius Estreicher Phil. et Med. D. P. P. O. h. t. Facultatis Mathem. et Phys. Decanus.*

Hora matut. 10—11. quotidie exponet Zoologiam per semestre hyemale, ducibus Cuvier, Oellen, Illiger, Lamark et aliis, qui hac de re tractarunt.

Hor. matut. 6—8. Botanicen tradet per semestre aestivum.

Hor. pom. 2—3. Diebus Martis et Jovis tradet doctrinam de generis humani varietate nativa, per semestre hyemale.

Hor. pom. 6—8. exercitationes botanicas instituet et ad Botanicae practicae usum manu ducet, atque Dendrologiae rudimenta per semestre aestivum.

Hor. 3—4. pom. diebus Lunae, Mercurii et Veneris Mineralogiam ducibus Benellio et Walchnero tradet.

*Carolus Hube Phil. D. Matheseos sublimioris P. P. O.*

Hora matut. 8—9. quotidie, exceptis diebus Saturni, tradet Analysim finitorum, calculum analytico-trigonometricum, Trigonometriam sphaericam et Geometriam Analyticam, praecipue theoriam superficierum secundi gradus, duce Hachette.

Hora matut. 9—10. diebus Lunae, Mercurii et Veneris, calculi differentialis et integralis applicationem ad Mechanicam sublimiorem docebit.

*Romanus Markiewicz Phil. D. P. P. O.*

Hor. matut. 8½—10. quater per hebdomadem, die vero Martis ac Veneris 9—10. Physicam experimentalem ac theoreticam ad normam sui opusculi in

usum Lyceorum editi, addens huic ex tractatu Physices Biotii addenda ampliora de fluidis expansibilibus et incoërcibilibus, ut de annulis coloratis, polarisatione fixa, mobili etc. ad finem vero anni doctrinam de Electro et Thermo-magaetismo, e propriis schedis praeleget.

*Franciscus de Paula Sapalski, Phil. D. Geometriae descriptivae P. O. P.*

Horis 12—1 $\frac{1}{2}$ . Geometriam descriptivam tradet theoreticam, deinde accomodatam perspectivae umbrarum, artibus fabrilibus et Gnomonicae, diebus Lunae, Mercurii et Jovis.

Hor. 4—5. pom. diebus Veneris et Saturni Mechanicam et Hydraulicam per semestre aestivum.

Hora 11—12. matut. diebus Solis, opificibus et artificibus tradet Architecturam et Mechanicam practicam.

*Franciscus Szopowicz Phil. D. Mathes. Infer. P. O. P.*

Horis matut. 10—11 $\frac{1}{2}$ . diebus Lunae, Martis 10—11 $\frac{1}{2}$ . diebus Mercurii, Jovis, Veneris et Saturni Mathesim inferiorem duce Lacroix docebit.

*Maximilianus Weisse Phil. D. P. P. O.*

Hor. matut. a 9 $\frac{1}{2}$ —11. Astronomiam Theoreticam, horis pomer. a 3—4. Astronomiam practicam diebus Martis et Jovis propriis e schedis praeleget.

*Felix Radwański Architecturae Prof. P. O.*

Horis pom. 1 $\frac{1}{2}$ —3. quotidie profitebitur Architecturae disciplinas. Scilicet cursu in biennalem diviso, diebus Lunae, Mercurii et Saturni tironibus praelectiones populari methodo ad practicum usum ex universa Architecturae scientia accomodotas, diebus Martis, Jovis et Veneris hor. pomerid. 3—4. sublimiores Architecturae partes tradet.

*Florianus Sawiczewski M. D. Pharmaciae P. P. O.*

Horis mat. 11—12. quotidie exceptis festis Chemiam docebit.

## II.) FACULTATIS LITERARIAE.

*Julianus Czerwiński Phil. D. Historiae P. P. O. h. t. Facultatis Phil. Literar.  
Decanus.*

Hor. matut.  $11\frac{1}{2}$ — $12\frac{1}{2}$ . quotidie, diebus Lunae, Mercurii autem a 5—6.  
pom. enarrabit I. historiam antiquiorem et recentiorem. II. Geographiam  
Physicam et Politicam. III. Docebit artem criticam, quae ad legendos hi-  
stóricos est necessaria. IV. Observationes in historiam universalem duce  
Ferrando (Esprit de l'Histoire) tradet.

*Georgius Samuel Bandtkie Phil. D. Bibliographiae P. P. O. et Bibliothecarius.*

Hor. pom.  $1\frac{1}{2}$ —3. die Mercurii, Veneris et Saturni, Bibliographiam profite-  
bitur. Collegium styli cultioris duce Beckio (Artis latine scribendi prae-  
cepta Lipsiae 1802.) et disputatoria philologica et historica cum selectis  
juvenibus instituet diebus Martis, Jovis et Veneris, hora  $7\frac{1}{2}$ —9.

*Paulus Czaykowski, Phil. D. Literaturae Polonicae et comparativae P. P. O.*

Hor. matut. 10—11. traditis praeceptis Eloquentiae et Poëseos, per Classi-  
corum Auctorum exempla illustratis, Auditores ad exercitia Linguae Pa-  
triae in utroque orationis genere ducet.

*Hermanus Schugt, Phil. D. Linguae Graecae P. O. P.*

Hor. mat. 11—12. quotidie carmina Pindari explicabit.

*Joannes Cajetanus Trojański Literaturae Latinae Professor P. O.*

Profitebitur sexies per hebdomadem hora pom. 2— $3\frac{1}{3}$ . et diebus quidem Mar-  
tis et Jovis explicabit Caes. Comm. de bello civili, die Mercurii Adelphos Teren-  
tiii; item diebus Lunae et Saturni antiquitates Romanorum tradet, die Ve-  
neris historiam liter. lat. enarrabit.

*Joh. Hier. Rzesiński J. U. et Phil. D. Viceprofessor.*

Hor. pom.  $3\frac{1}{2}$ — $4\frac{3}{4}$ . docebit Philosophiam theoret. et practicam diebus Lunae, Mercurii et Veneris; Exercitationes vero paedagogicas instituet die Martis. Die Jovis Historiam Philosophiae e propriis schedis profitebitur.

Lectorium in Bibliotheca publica Univ. Cracov. patebit hor. pom. 2—4. hyemali, 3—5. aestivo semestri, diebus Lunae, Martis et Jovis. Hospitibus vero extraneis, qui Bibliothecam, Musea, speculam Astronomicam, et Hortum Botanicum invisere cupiunt, nulla hora praefinita est, dummodo tempus Praelectionibus sacrum Bibliothecario et Praefectis Museorum Mineralogici, Zoologici et Horti Botan. condonare velint. Quovis tempore de commoda hora certiores facti curiosis hospitibus nunquam deerunt. Museum Physicum patebit curiosis, qui adesse dignabuntur, hora 10. matutina, finita praelectione.

Linguam Anglicam tradet Hermanus Schugt 12—1. Germanicam Ludovicus Tessarczyk hor. pom. 2—3. Italicam Stephanus Laberi 5—6. Petrus Augustinus Ledru Linguam Gallicam docebit quater de septimana diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni a 11—1. Alexander Sołowiewicz tradet linguam Rossicam et historiam literaturae Rossicae ab hora 4—5. post meridiem.

Artem saltandi Petrus Couder quater per hebdomadem hor. pom. 6—7. diebus vero Martis et Mercurii 3—4. Jo. Bapt. Remy artem arma tractandi hor. pom. 2—3.

## SCHOLA PICTORIA

ET SCULPTORIA.

*Josephus Peszke Pictoriae artis Prof. P. O.*

Tradet artem pictoriam semestri brumali hor. mat. 8—12. semestri aestivali 7—11

*Josephus Brodowski Pictoriae artis Prof. P. O.*

Jisdem horis docebit artem pictoriam practicam et theoreticam.

*Josephus Szmelcer Sculptoriae Artis Prof. P. O.*

Horis mat. 11—12. docebit Sculpturae artem.

